# Pielwieccÿ Sokolskiei Donane.

356

Recognoscentes Nobiles Chelmiccy quod se ac suos succes[sores] in et super
bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniam quibusque habitis et habendis
praefatae Sokolskiey bonis inscribunt et obligant praesentibus quod
eam eiusque succes[sores] in dictis bonis resignatis et ratione eorundem ab omni
et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque
conditionis status et sexus existentium in omni iudicio et officio Regni
ex re persona et occasione sui recognoscentium exonerando pro omnes
processus terrestres pro vel quamlibet personam terrestris spe-
ctat et pertinet pro se ipsis totiens quotiens opus fuerit tueri defendere evin-
cere intercedere et liberare indemnemque eam posteris reddere. Nec non
praemissa praesentibus per se recognoscentes redonata ab omnibus in genere
iuribus et inscriptionibus Decretis et possessionibus in eisdem bonis praesentibus
resignatis occasione sui recognoscentium factis et faciendis Tum etiam
a quibusvis citationibus in praemissa redonata importatis et importandis
ex re et persona sui recognoscentium. Lucris denique et perlucris processibusque
iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentium in quovis
iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis in eisdem bonis redonatis
occasione sui recognoscentium tantummodo et non ultra producendis et
producendis emundare et liberare mundaque et libera semper facere.
re. Attamen intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam
in bonis praemissis praesentibus resignatis dum per Ministerialem
et Nobiles in Tenuto et possessione subditorum praefatorum officio:
se requiretur non denegare imo debebunt et tenebuntur eandem libere
et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem
et usum fructum praemissorum quovis modo tamque sequuntur suas
quasi submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsam
Generosam Sokolska et eius succes[sores] in dictis bonis resignatis tam
in parte quam in toto non inquietari ita ut eadem omnia praesentibus redonata
eadem Sokolska suis cum bonis quiete et pacifice praesenti sua

Inscriptionis

357

Inscriptionis bonorum vigore tenere et possidere queat perpetuo et
in aevum. Id quod sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iura-
mento taxandis per eosdem Recognoscentes suisque eorum succes[sores]
praefatae Generosae Sokolska tenentes suisque succes[sores] bonis obnox-
iis cum praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in
toto totiens quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Praeterque
quod damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento
taxandis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendique
praemissis citati existentes praedicti Recognoscentes Nobiles Chelmiccy
suique eorum succes[sores] ad instantiam praedictae Generosae Sokolska suique
eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
extra recessum suprascriptum quo ad respondendum spectat mediam semper
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere res-
pondere damna praedicta Terrestria simpliciter absque corporali iuramento
taxanda luere inscriptioni huic satisfacere ac omnem praedicatam pati
debebunt ac tenebuntur se ac suos succes[sores] ad eadem obligat omnia eun-
dem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causa
eiusdem terminos semper peremptorios veram infirmitate pro maiori minorem
tate successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad
munimenta ad evictionem vel aliis quibusvis Villationibus et legali-
bus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praesentes Terres
officii praefati Castrensis Premisliensis Villationem sibi non recipiendo
nullasque moras appellationes earumque prosequutiones faciendo ac praemissa
omnia per se simplicibus vel triplicatis eiusmodi suspensionibus
fatalibus iuris processione Terrestri bello conventione tum aliis quibusvis
iuris remediis ac defensis non subterfugiendo hac sua praesenti perso-
nali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Ilnicki Komarnickiemu Donat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Nobilis Lesko Ilnicki Turzniowicz et Nobilis Iwan Turzniowicz